¶ Niſi cōuerſi fueritis) a malis vr̄is ⁊ penitēciā egeritis
(gladiū ſuū) id ē vindictā ſuā manifeſtam (exercet) in
vos ſicut cōminatus ē p ſacrā ſcripturā q̄ (arcū tēderet
et pararet) ad ſagittādū. ¶ In quo) ſacre ſcp̄turē (arcu
cōminacōnes mortis) eterne peccatoribus (ꝑparauit) de
quo arcu egreſſe ſūt tanquā (ſagitte) apoſtoli alijq3 do-
ctores qui (ardentibꝰ) animis in modū ſagittarū p̄ce-
pta ſalutaria tranſmiſerūt vnde ⁊ impij ſauciarētur et fi-
delibꝰ efficax cura puenīret hoc (effecit) id ē operatus ē.
¶ Licet hoc ita ſit manifeſtū tn̄ eſt ꝙ nō deus ſ3 homo ipſe
dānacōis cauſa ē. ¶ Qui parturit iniuſticiā) nā (ↄcepit)
per ſuggeſtionē diaboli ꝓpoſitū operandi (malū) qđ ſi-
ne dolore nō eſt (et peperit iniquitatē) ↄſūmādo pccm̄.
¶ Lacū apuit) inferni ↄcipiēdo fraudē (et effodit eū)
ampliādo parturiēdo iniquitatē (et incidit i foueā) ip-
ſam quādo moritur i pccis. ¶ Malū) qđ ↄcepit (ↄuerte-
tur i malū) anime eius (et iniquitas) quā peperit (deſcē-
det) et grauabit (ſupremā mētis ptē) penis eternis ſubi-
ciens eā. ¶ Laudabo dn̄m ꝓpter iuſticiā eius) qua iu-
ſtos ꝓtegit ⁊ malos iuſte punit (⁊ pſallā) ↄpere (nomi-
dn̄i altiſſimi) qui iuſtos a lamentis triſticie in gaudia
ſempiterna perducit.

¶ Pſalmus octauus in quo de exalta-
tione xp̄i et eccleſie dilatacōne.

Domine dominus noſter val

de admirabile eſt nomē) tue dn̄itatis ſup omne nomē/
nomē ineffabile ⁊ inenarrabile nō in iudea tm̄/ ſ3 i vni-
uerſa terra. ¶ Per hoc te dn̄e admirātur om̄es q̄ incolūt
terrā. ¶ Nam filius tuus) quē tu magn̄ificaſti (eleuatus ē)

de terrena humilitate (ſup celos) ad dexterā tuā ſedens
ſup omnes creaturas rationales exaltatus. Ex ore
infantiū) hebreoꝝ (pfectā feciſti laudē) magnificentie
tue qui ſpiritu ſancto inſpirāte et inſtigante te deū ⁊ ſal=
uatorē mūdi cōfeſſi ſunt (ꝓpter inimicos tuos) pfidos
iudeos ꝯfundendos (ut deſtruas inimicū) ſcʒ ꝑplin iu=
daicū te pſequentē et diabolū ſue ſecte (defenſorē)
Vere dn̄e admirabile ē nomē tuū. Qm̄ video celos
opera digitoꝝ tuoꝝ lunā ⁊ ſtellas) in ornamentū firma
menti in quibꝫ admirabilis potētia ⁊ ſapiētia tua relucet.
Propheta admirās exultacōnē humane nature in xpo
ait. Quid ē homo) ſcʒ vilis et miſer (quod memor eiꝰ
es) eū a pcco liberādo (aut quis eſt filius hominis) a de
(quod viſitas eū) aſſumēdo eius hūanitatis naturā in
pſonā filij dei viſitaſti eū: verbū caro factū eſt ⁊ habita=
uit i nobis. Minuiſti eū paulominus ab angelis) qꝛ
paſſibilē et mortalē feciſti. cuiuſmōi angeli nō ſūt facti
p meritū tn̄ paſſionis ſue (gloria) reſurrectōnis (et ho=
nore) aſcēſionis ſup oēs celos ⁊ angelos (coronaſti eū
et ꝯſtituiſti eū) caput ⁊ regē (ſup oīa opa manuū tua=
rū) Omnia ſubieciſti ſub dn̄io ⁊ ptāte eius) ut p̄eſſet
oīb9 et dn̄aretur cunctis ad nutū (oues ⁊ boues vniu=
ſas inſup ⁊ pecora cāpi) Volucres celi ⁊ piſces maris
qui pambulāt ſemitas maris) ad que oīa dīna ꝓui=
dentia ſe extēdit. ¶ Oſtenſa tanta dignitate xpi cōclu=
dens ait. Domine) cui omnis poteſtas data ē in celo
et in terra (dn̄s noſter) noſtrā naturā aſſumens. et in ea
nos redimens vere (valde admirabile eſt nomē tuum
in vniuerſa terra)

¶ Pſalmus nonus in quo de iudiciaria poteſtate xpi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf